

*feld).* — 1) *De adssessore ferrariarum cogitavit Allmer.* — 2) *Cf. N. 7045 not. 2.* — 3) *Nonnium, vel Nonnios.* — *Eiusdem loci titulum dedi supra N. 4663.*

**7043** Etruscillae | Aug., coniug. | Aug. n., | civitas Vellavor. | libera.  
*St.-Paulien prope Le Puy, ubi fuit Ruessim (XIII 1591 videt Hirschfeld).* — *Eiusdem loci titulum dedi supra N. 3827.*

**7044** C. Iul. Iullo | funus et monim. | civit. Segusiavór. | publ. principi suo.  
*Feurs, ubi fuit Forum Segusiavorum (XIII 1645 videt Hirschfeld).*

**7045** C. Sulp. M. fil. Galli omnibus | honoribus apud suos func[ti], | Ilvir., q., flaminis Aug., p.. ogen...<sup>1</sup> | dei Moltini, gutuatri<sup>2</sup> Marti[s] | VI<sup>3</sup>, cui ordo quod esset civ[is] | optimus et innocentissimus | statuas publ. ponendas decr[ev.]

*Matiscone (Mácon) ad Ararim, in finibus Haeduorum (XIII 2585 bis ut videatur descripta saec. XIX).* — *Initio intercidisse in honorem vel simile quid putat Allmer.* — 1) *Subesse vocabulum Celticum sacerdotem significans coniecit Hirschf.* — 2) *Idem vocabulum, sacerdotem vel sacerdotale munus aliquod significans, est supra N. 7042, item in duobus titulis nuper Augustoduni Haeduorum (Autun) detectis, quos infra dabimus in addendis ad titulos numinum Galliae (Revue épigraphique 1900 p. 132 n. 1567. 1568), denique ap. Hirtium b. G. 8, 38 a quo vocabulum male pro nomine habitum esse recte fortasse coniecit Desjardins.* — 3) *Aut intellegendum: sexies, aut statuendum, locum esse corruptum.*

**7046** Q. Secund. | Qvigonis | civis Treveri, | IIII Ilvir. Augus|talis in Aeduis | consistentis, | omnib. hono|rib. inter eos | functi, Qvigo|ni<sup>1</sup> Secundus | et Hibernalis | liberti et he|red. patrono | optimo sub as|cia de|dicaver. | L. d. ex d. o.<sup>2</sup> (*In utroque latere scutum*).

*Autun, ubi fuit Augustodunum caput Haeduorum (XIII 2669 videt Hirschfeld).* — 1) *Nota nomen gentilicium libertorum ex cognomine patroni ductum.* — 2) *Locus datus ex decreto ordinis.*

**7047** M. Ulpio | Avito γ | leg. III Aug. | III Fl.<sup>1</sup>, | opifices lori|cari<sup>2</sup> qui in Ae|duis consist. | et vico Briviae | Sugnutiae<sup>3</sup> res|pondent<sup>4</sup> quiq. | sub cura eius fu|erunt, erga ibs[os | b. m]er. po[suer.]

*Monceaux-le-Comte (in finibus Haeduorum) rep., est Nevers (XIII 2828 videt Hirschfeld).* — 1) *Centurio legionis terliae Augustae, in Africa tendentis, videtur in Galliam Lugdunensem provinciam inermem missus, ut ibi officinae loricariae praecesset, deinde ad legionem quartam Flaviam in Moesiam translatus (Hirschf.).* — 2) *Fabrica loricaria Augustodunensis memoratur in Not. dign. occ. cap. 9.* — 3) *Vicus creditur hodie dictus Brèves, ubi adhuc officinas ferrarias exerceri per|hibetur.* — 4) *Cf. Ulpian. dig. 50, 1, 50: qui ex vico ortus est, eam patriam intellegitur habere, cui rei publicae vicus ille respondet.*

**7048** I. o. m. | et Fortunae reduci pro | salute itu et redditu | Tib. Fl. Veteris patrono | optimo aram posuerunt fabri | ferrari Dibione [co]n sis[t]entes clientes | [v.] s. l. m. | L. d. d. p. A.<sup>2</sup>